

Paulus Samosatensis.

Paulus Samosatensis Antiochenus Episcopus Christi Divinitatem impugnavit. Damnavit duabus Antiochenis Synodis, p. 43. n. 22. & Dionysii Romani Papae sententia, ibid. & p. 47.

Paulus Constantinopolitanus Episcopus.

Paulus Constantinopolis dignissimus Episcopus ab Arianis vexatus, quater in exilium deportatus & demum strangularus, p. 59. n. 18.

Pauperes.

Pauperes suos quilibet civitas pascat, ne divagentur, p. 191. can. 5. Pauperibus pro eorum causis debet curia advocatum providere, p. 313. can. 44. Pauperes erudiendi a Magistro praepetoriali, p. 292. can. 18. & p. 302. can. 10. Pauperes recens conversi ad fidem ut instruantur & sustententur, curam gerant Episcopi, p. 313. can. 13. Pauperes de bonis Ecclesiae sustentandi, p. 363. n. 7. Pauperes mendicet ne per Ecclesiam divagari sinantur, sed stent ad fores, p. 436. tit. 9. Pauperes senes Ecclesiae plus ceteris honorandi, p. 121. can. 83. Eorum qui pauperes opprimunt, oblationes Ecclesiae rejiciat, ibid. can. 94. Pauperum defensores ab Imperatoribus petendi, p. 124. can. 9. Pauperum defensor Episcopus adversus Iudices & potestates a quibus opprimuntur, p. 201. n. 12.

Pelagius.

Pelagius Monachus, natione Scorus, ut solum liberum hominis arbitrium aliterer, gratiam Christi impugnavit. Hujus errores in Palastina Concilio damnati Diopolitano. Ipse vero ne damnaretur, Concilium mendacis eludit. Idem cum Caesidio, in Synodo Carthaginiensi & in Milevitana damnatus fuit: & a Romanis Pontificibus Innocentio I. Zolimo, Bonifacio, Caesidio excommunicationis sententias acceperunt, & Honorii Augusti edito proscriptioni sunt, p. 129. & seq. n. 16. Vide quoque additamenta, & historiam Pelagianae haereticis delineationem. Pelagii pueri annorum tredecim mirabilis in martyrio a Saracenorum Rege illato constantia, p. 258. n. 24.

Pensio.

Pensiones ad census aliaque provisiones ad victum ejus, qui Ordinem sacrum susceperit, alienari prohibentur, nisi ex consensu Episcopi, qui Clericos ordinans inopes teneatur aliud certum pro victu supplementum providere, p. 404. cap. 2. Pensionem potest Episcopus assignare pro assumpto Vicario ex fructibus beneficii curati, quando rector est illiteratus, aut alioquin incapax exercendi parochiale munus, pag. 405. cap. 6. Pensiones ex beneficiorum fructibus potest Episcopus detrahere ad fundandum Clericale Seminarium, p. 407. n. 53. Pensiones seu census vitalitatis aliaque ad usum provisiones quibusnam conditionibus possint a Monasteriorum Superioribus admitti pro subditorum regularium necessitatibus: sic tamen ut ministratio sit penes Officiales, p. 412. cap. 2.

Persecutiones Ecclesiae.

Persecutiones, quas Ecclesia passa est ab infidelibus Regibus. Primam suscitavit Nero, qui postquam Romanum incendit, ut ostium tam immensis facinoris declinaret, novum aliud adjuvans, ejus calamitatem in Christianos decorsit, in quos eo pretextu crudelissime deservit. Idem Petrum cruci & Paulum gladio addidit, p. 3. n. 19. Secundam movit persecutionem Domitianus, p. 4. n. 24. Tertiam Trajanus, p. 12. n. 2. & 3. Quartam Marcus Aurelius Antoninus, p. 13. n. 10. Quintam Septimius Severus, p. 41. n. 3. Sextam Alexander Mammæ filius insuligante Praefecto Praetorii Ulpiano, ibid. n. 6. Septimam Maximinus, p. 42. n. 9. Octavam Decius, ibid. n. 12. Nonam Gallus & filius Volusianus, p. 43. n. 23. Decimam Valerianus, p. 13. n. 18. Undecimam Claudius, ibid. n. 24. Duodecimam Arelianus, ibid. Decimam tertiam Carus cum filio Numeriano, pag. 44. num. 26. & 27. Decimam quartam Diocletianus & Maximianus Herculius, quam immo niter prosequuti sunt Galerius Maximianus, Licinius, Maximinus, Maxentius, diviso in partes Imperio, ibid. Decimam quintam Valens Arianus, p. 61. n. 28. Decimam sextam Z. no & Anastasius Eurychiani haeretici Imperatores, p. 129. n. 23. & 24. Decimam octavam Thrasamundus & Hunericus Vandali, p. 166. n. 9. Decimam nonam Leovigildus Visigothorum Rex in Hispania, p. 169. n. 22.

Vigesimalam Dunamam Judaeus Arabiae tyrannus, quem demum ulro fidei Elebaam Aethiopia rex regno vitaque privavit, ibid. n. 23.

Vigesimalam primam Iconomachi Imperatores Leo Maurus, ex coque orti Constantinus Copronymus & Leo Quartus seu Armenius, Michael Balbus, & Theophilus, p. 213. n. 2. & seq. Vigesimalam secundam concitarunt Mahometani Orientis invasores, deinde ejusdem sectae sequaces Saraceni per Africae maritimam oram, inde transgressi Gadibus per Hispanias & per Gallias usque ad Ligerim, p. 214. n. 8. & 9.

Pestis.

Pestis teterrima toto Orbe grassata ab Imperio Galli & Volusiani adusque regnum Aureliani, quae etiam Claudium Imperatorem abstulit, p. 42. 43. n. 23. & 24.

Petrus Apostolus.

Petrus Apostolorum princeps proposuit de novo subrogando in locum perditum Judaei Apostolo. Multos Judaeos ad Christi Ecclesiam traduxit primum Ierosolymam, deinde Liddam & Joppam, cum Caesarea, ubi Cornelium centurionem baptizans fidei januam Gentilibus patefecit. In vincula mittitur ab Herode Agrippa, unde ab Anselo liberatur, pag. 2. Marcum Evangelistam Alexandriae praefecit Ecclesiae. Ipse Antiochia quinquagesimo suam fixit itationem. Inde suscepto sibi Evodio Romam proficiscitur, ibique Christum primum praedicavit, crucisque martyrium passus est sub Nerone, p. 2. & 3.

Idem quamvis multa per se statueret auctoritate, qua pollebat, capitis Ecclesiae, nihil tamen sine fratrum consilio peregit, p. 11. n. 17.

Petrus Alexandrinus.

Petri Alexandriae Episcopi sub Maximino martyrium, pag. 58. num. 10.

Petrus de Luna.

Petrus de Luna, praecipiti consilio, Avenione, defuncto Roberto Genevensi substituitur, p. 356. n. 4.

Petrus Leonis.

Petrus Leonis sub Aracleti nomine Schisma contra Innocentium II. p. 276. n. 7. & 8.

Petrus Cnaphesus.

Petrus Cnaphesus, expulso per seditionem Martyrio orthodoxo Episcopo, ejus invadit Sedem, & Eutyrianam haereticam promovet, p. 129. n. 23.

Philippus Diaconus.

Philippus unus ex septem Diaconis quamplurimos in Samaria suis praedicationibus ad Christianam religionem convertit, Eunuchum Candacis reginae Aethiopiae fide imbut & baptizat in itinere, indeque ab Angelo Azotum transportatur, pag. 2.

Philippus Arabs.

Philippus Arabs Gordianum necat, ejusque Imperium occupat, p. 42. n. 10. Annum secularem & ab urbe condita millesimum, sociato sibi ad Imperium cognominis filio, qui Agellastus est vocatus, celebrat, Christi religionem primum Imperatorum professus est, ut refert Eusebius, & in penitentium classem a Fabiano Romae Episcopo redactus, pag. 42. n. 10. & 11.

Philippi Franciae Reges.

Philippus I. Franciae Rex repudiata legitima uxore Bertha, cum pellice Bertrada sacrilegas nuptias init, ideoque ab Urbano Papa II. in duobus Franciae Conciliis Ostiensi & Arvernensi excommunicatur, p. 247. n. 3. Philippus Augustus Franciae Rex, repudiata conjuge Gerberga, nuptias cum Maria Moraviae Ducis filia contrahit. Ideoque a Caesarii Papae III. missis in Franciam Legatis supponitur Interdictio, una cum universo regno in Concilio Divionensi: ipsaque tandem Rex Gerbergam revocat, & Mariam ad suos remittit, ibid. n. 5. Philippi Pulchri Franciae Regis, & Bonifacii Papae VIII. dissidia, p. 332.

Phocas.

Phocas auidax & facinorosus centurio Romanum exercitum ad rebellandum Mauricio concitat, quem interimit, ocellis primum in ejus conspectu liberis, ejusque usurpat Imperium, in subditos crudelis, in hostes segnis, omnibus invidus, ab Heraclio Praefecto perimitur. Hic namque eductus inde caesus Constantinopolim aggreditur, & facile obtinet, ubi Phocas comprehensus jugulatur, p. 195.

Pho-

Photius.

Photius eunuchus detruso sancto Patriarcha Ignatio intruditur per Caesarem Bardam in sedem Constantinopolitanam, p. 247. Photii mores & ingenium, ibid. num. 3. Deicitur a Basilio Imperatore, Ignatius in sedem revocatur, p. 248. n. 5. & 6. Photium damnat Nicolaus Papa primus, Photius vicissim Nicolaum in pseudosynodo damnat. Sed qui Nicolaus successit Hadrianus Papa II. consentiente Basilio Constantinopoli Synodum octavam oecumenicam indixit, cui Hadriani Legati Apostolici praesederunt, quibus assedit Ignatius in sedem restitutus, Photius vero citatus reus comparuit, qui sibi coram Patribus oblatum silentium indixit. Eius in ea octava Synodo damnatio, p. 249. n. 8. Photius post Ignatii obitum rursus artibus Santabareni & favore Basilii per pseudosynodum revocatur in vacuum sedem Constantinopolitanam anno 876. quo inchoatum est schisma Photianum, omniumque usque exitere, longissimum & exitiosissimum, pag. 250. num. 18.

Phrygia.

Phrygiae urbs circumfusa Maximi exercitu in odium Legionis Christianae cum omnibus incolis incenditur, p. 58. n. 9.

Pictura.

Picturas ab Ecclesiis amoveri quo sensu jubeat Concilium Illiberitanum, p. 53.

Picturarum cur raptor esset usus in primitiva Ecclesia. Sacras tamen Ecclesia colit ac veneratur: qui cultus rite explicatur, ibid. & p. 221.

Latum discrimen inter Ecclesiasticas imagines & idola, seu gentiliam simulacra, p. 222. & seq.

Sub agni similitudine posse Christum representari & coli, p. 212. n. 18. can. 82.

Salvatoris imago in secunda Nicæna Synodo ab omnibus suppliciter procurambentibus adorata, p. 217. n. 9.

De sanctorum Imaginum veneratione diatriba, pag. 221. & seq.

Picturae lascivae prohibentur, p. 212. n. 21. Vide Imago.

Pipini varii.

Pipinorum progenies, in qua tres Pipini celebres: quorum primus Pipinus Heredallus Dux Neustriae & Palatii Regii praefectus. Ille Ratbodum Frisonum Regem debellavit, & compulit, ut Apostolicis viris Saniberto & Villibredo officium praedicandi Evangelii per Septentrionem permitteret. Hic ex sanctissima conjuge tres libros suscepit, Grimaldum, Gertrudem Virginem & Beggam. Begga nupsit Antedigilo. Quibus ex nuptiis ortus est Pipinus secundus a Landem dictus, qui Plestradem duxit uxorem, quo ex matrimonio editi educatique sunt liberi duo Drochus & Grimaldus. Mortuo demum Pipino duorum regnorum Franciae Australisque Praetoris Praefecto, Plestradis vidua Carolum Pipini defuncti & pellicis Elpaicis filium nothum in aetam custodiam condit. Ex qua tamen mox dilapsus ardens juvenis in bella prorupit, quae tamen non modo celebritate summaeque fortitudinis, verum etiam insigni prudentia & clementia moderabatur. Ille duos legitimos progenitum liberos Pipinum cognomento Breveam, & Carolomannum: Inter quos pater Carolus geminam Franciam partitus est, Occidentalem Carolomanno, & Occiduum Pipino imperiens. Sed Carolomannus divino amore percitus ditionem suam fratri Pipino dimisit, ipse vero incognitus in Monasterium secessit Montiscassini. Rex vero Pipinus semel iterum transgressus Alpes Altiphalm Longobardum Regem debellavit, Stephanumque tertium Pontificem ab illo hostiliter vexatum suamque openi implorantem liberavit. Cui etiam exarchatum Ravennae cum Pentapoli aliisque urbibus & archibus Astulpho ereptis donavit: similem postmodum protectionem Pipini Regis filius Carolus Magnus Adriano primo praestitit, quem Desiderius Longobardorum Rex bello persequatur, spoliavitque regno & libertate, confirmatque Pipini donationibus alias amplissimas provincias in Romanam Ecclesiam contulit, p. 213. n. 1. 214. n. 10. p. 15. n. 13. & 14.

Placentinum Concilium.

Placentinum Concilium, cui praesedit Urbanus Papa II. anno 1095. in aperto campo sub dio ob frequentem hominum concursum tempore Henrici Germanorum Regis jam ante a Gregorio VII. & Victore III. Pontificibus excommunicati. Praevalido Imperatrici a nefandis libidinibus, quas coacta ab Henrico passi fuerat, & ob quas ab ipso diverterat, absoluta est. Et Philippus I. Francorum Rex in Concilio dudum Hedueni ob sacrilegas cum pellice Bertrada nuptias communionem remouit se per Legatos excusavit, induciaeque petit adusque Pentecosten. Et Alexius Comnenus Orientis Imperator suspensas contra Turcas postulavit, & obtinuit, p. 273.

Can. 1. Quae de simoniaco a Patribus decreta sunt firmantur, ibid.

Can. 2. Ordinationes simoniaco irritae declarantur, ibid.

Can. 3. Ordinationes non simoniaco factae a simoniaco praesulati tolerantur, dum Ordinarij sint laudabilis vitae, ibid.

Robassuti, Historia Ecclesiastica.

Can. 4. Si tamen scienter aliquis a simoniaco acceperit Ordinem, ejus ordinatio irrita declaratur, ibid.

Can. 5. Quotquot in puericia suorum cupiditate parentum Ecclesiam adepti fuerint per pecuniam a parentibus simoniaco contributam, benigne tolerantur, si alias digni comperiantur, ibid.

Can. 8. Ordinationes a Guilberto collatae post ejus a Greg. VII. factam damnationem nullae decernuntur, ibid.

Can. 9. Idem constituitur de Ordinationibus factis ab invaloribus alienarum Ecclesiarum ac sedium, quales multos obtruderant schismatici Imperatores, si non excuset inculpabilis ignorantia, ibid.

Can. 10. 11. & 12. De ordinatis scienter a schismaticis, donec ad Ecclesiae unitatem redierint, dispensatio indulgetur ob pacis desiderium absque generali canonum praedictio tales damnantur, ibid.

Can. 13. Ne quidquam pro baptismo, vel chrismate, vel sepultura exigatur, ibid.

Plinius.

Plinii relatio de Christianis ad Trajanum, & hujus responsio, p. 12.

Poenitentia Publica.

Poenitentiae publicae diversae species, p. 23. Poenitentium tres classes dinumerat Synodus Nicæna, omittis lugentibus, num. 1. Veteres autem Canones classes recensent quatuor: 1. Lugentium, 2. Audientium, 3. Profratorum, 4. Confitentium, qui soli persistebant usque ad finem sacri Mysterii, qui expertes erant Eucharisticae communionis; reliqui exire jubebantur una cum catechumenis, p. 22. n. 2. & 3. & p. 77. can. 11. & 12.

Poenitentia publica non semper comitem habebat publicam confessionem, & talis poenitentia non pariebat ullam irregularitatem, p. 22. n. 4. 5. 6. & 7.

Pro poenitentia, Clerici gravium delictorum rei tradebantur intra Monasteria ad usque mortem. Minorum autem culparum rei ad laicam communionem, id est extra Sanctuarium promissive cum laicis reducebantur, pag. 23. n. 7. 8. & gravia crimina per publicam poenitentiam expianda censentur lapsus ad infidelitatem, luxuria, homicidium. His adjugebantur magia & falsi crimen, ibid. n. 11.

Clerici criminum rei deponbantur, sed non admittebantur ad publicam poenitentiam, ibid. n. 8. & 9. De privata poenitentia & secreta confessione, p. 203. n. 6.

Poenitentia pro infandis libidinibus qualis praescribatur a Concilio Ancyrano, p. 63. n. 8.

Poenitentiae publicae relaxari solita per libellos martyrum & confessorum: unde fluxerunt indulgentiae a Romanis Pontificibus concedi solita in Sanctorum meritis fundatae, p. 266. num. 3.

Poenitentiarum publicarum obligatio quaecumque per Claromontanum in Alvernis Concilium anni 1095. Urbano II. Pontifice in expeditione contra Turcas in Orientem & Palaestina commutata, pag. 274. num. 3.

Poenitentia privata.

Poenitentiae privatae quanam falsa dicantur, p. 284. can. 22. & p. 423. n. 2.

In Sacramento Poenitentiae numerus, & peccatorum circumstantiae quales exprimentur, p. 404. n. 39.

Dolor de peccatis qualis requiritur in poenitentia, ibid. num. 38.

Quando urget mortis periculum, debet unusquisque per Poenitentiae Sacramentum praevente periculum, suaeque animae saluti per sacram confessionem consulere, p. 415. n. 1.

Poloni.

Poloni ejurato idolorum cultu Christiana sacra suscipiunt, pag. 258. n. 23.

Poloni, vita sancto Mieslao Rege, viduam ejus cum infante Casimiro eiciunt. Infans in Franciam deserit incognitus, sed discendi factus capax literis operam dat, Monachumque profectur Cluniaci sub Abbate Odilone, atque Diaconus consecratur. Interim Poloni facta diligenti perquisitione, quum de regio in diversas partes dissidentes civili bello periclitarentur, neque pax inter eos iniri posset, nisi Regia promotione Casimiri, in quem universi consentiebant, si modo usquam gentium posset reperiri, Addiscunt tandem versari illum apud Cluniacum, missaque Legatione ad Odiloneum reperiunt Casimirus ad regnum, qui tamen requirit absolute suam confessionem. At Legatis consilium dat Odilo Romanum adeundi, & Pontifici unanimum populorum petitionem exponendi, & bella civilia toto regno inevitabilia, nisi votis ipsorum accederet Casimirus, Quinimmo neque diuturnam fore populorum quietem, si celebs nullaque relicta de se prole vita excederet Casimirus, ac prouide necesse esse, ut vota, quibus erat obstrictus, laxarentur. His mature perpensis, Casimirus a gemino voto, tum Monasticae professionis, tum sacri Ordinis dispensat, quin etiam stricte jubet, ut oblatum sibi regnum recipiat. Is erat Papa Benedictus IX. cui ille obtemperans pacem & felicitatem in Poloniam inivit, p. 261. n. 15.

Hh 4

Polo-

Polonia.

Polonia per matrimonium puellæ Hedvigis hæredis regni cum Jagellone Lituanie principe & Provinciis novis augetur, & Jagello secundum conditionem ab Hedvigi propositam & requiritam unam cum subditis baptismo abluatur, pag. 335. num. 21.

Policenus. Xenaxius, p. 167. n. 13.

Pontifex Romanus.

Pontificum Romanorum a Nicolao I. ad Stephanum VI. vera series ex approbatoribus auctoribus, p. 255. n. 1.

Pontificum Romanorum ob insignem nequitiam diffamatorum promotio nequaquam Ecclesie Romanæ attribuenda est, sed ambitioni Magnatum & tyrannorum Romanam Ecclesiam opprimendum, qui probos odio prosequerantur, improbos vero majore pretio dignitates Ecclesie licitantes promovebant, ibid. num. 5.

Pontifices Romanos eligendi jus Imperatoribus concessit in Synodo Romana Joannes XII. præsentè & urgente Imperatore cum valido exercitu, p. 347. 348. Id tamen jus idem Joannes cum Otho I. discessit, revocavit, ibid. Hoc idem privilegium Henricus II. violenter extorsit, pessimumque successibus eisdemque perniciosis reliquit exemplum, p. 260. n. 8. 9. 10. 11. & 12.

De Pontificis Romani canonica electione, p. 270. can. 1. pag. 322. & p. 328. Dissertatio.

Pontifex maximus eligendus libere a duobus partibus Cardinalium, p. 359. n. 13.

Pontificis Romani potestas in universam toto Orbe Ecclesiam, p. 410. n. 97. & in confirmandis Conciliorum decretis, ibid. & seq.

Potamiæna.

Potamiæ Virginis admirabile sub Maximino martyrium, pag. 58. num. 9.

Præbenda.

Præbenda præceptorialis per singulas cathedrales Ecclesias, pag. 292. can. 18. & p. 301. can. 11.

Præbenda pariter Theologalis per singulas Ecclesias & Collegia sufficientes proventus habentia constituatur, p. 301. 302. num. 11.

Item Tridentina sess. 5. cap. 1. de reform.

Præbendarum divisio prohibita, & ne beneficia Ecclesiastica cum diminutione conferantur. Dux causæ in scholio referuntur, ob quas admittitur præbendarum divisio, pag. 289. can. 1. & seq.

Præbendam penitentiarum in cathedralibus Ecclesiis ab Episcopis constitui sancit Concilium Trid. sess. 24. cap. 8. quæ qui provisus fuerit, censetur præsens in officio chori, dum audit confessiones, & lucretur distributiones de reform.

Prædestinatiæni.

Prædestinatiæ nomine vocabantur discipuli S. Augustini a Pelagianis & Semipelagianis. Id fuit Fausti Semipelagiani signum, sicut ab eodem memorata Concilia Lugdunense & Arelatense, quorum alibi nequidem apud alios eorum temporum scriptores Semipelagianos nullum visitur vestigium. Fausti autem libros damnaverunt Pontifices Romani Gelasius & Hormisdas, contrariis vero libris refutarunt sanctissimi Episcopi Fulgentius Ruspenis, Cæsarius Arelatenis, Avitus Viennensis, p. 156.

Præfectura.

Notitiæ Præfecturarum Ecclesiasticarum plurimum conducit notitia civilium præfecturarum Romani Imperii, quibus Ecclesia se accommodavit, p. 31. 32. & seq.

Præfectura Romani Imperii ab initio unica fuit. Postmodum ne tanta potestas tum Imperatoribus, tum Republicæ noxia foret, illam Commodus Imperator, postquam insidias Perennis Præfecti Prætorio evasit, duos Præfectos constituit. Constantinus vero Magnus in quatuor Præfectos eam potestatem distribuit, instituitque Præfecturas Orientis, Illyrici, Italiae, & Gallie. Galliarum Præfectio subjectæ erant amplissimæ provincie Gallia, Hispania, Britannia. Sedes Præfectis Galliarum fuit Treviri supra Mosellam & Arelate aliquando ad fluenta Rhodani sita. Sectum deinde fuit in duas partes Imperium, scilicet in Orientale, cujus regia sedes erat Byzantium, & in Occidentale, cujus caput Roma fuit. Subditæ autem olim Præfectis provinciæ, quæ per Occidentem Vicariæ dicebantur, a quibus ad Præfectos devolvebatur appellatio, cæperunt proprios habere Præfectos, sicut etiam quæ dioceses in Oriente vocabantur. Orientis Præfecturæ caput erat Antiochia Syriæ. Diocesis Ponticæ caput fuit Cæsarea Cappadocum. Diocesis Aegypti caput exstitit Alexandria, Aegypti autem Præfectus dicebatur Augustalis. Illyrici Præfectura Orientalis fuit Sardia. Britannicæ Vicariæ caput & sedes fuit Eboracum. Hispanicæ autem Vicariæ Hispanis. Italiae Præfectura Mediolanum. Erat etiam Romæ Præfectus urbis, cui obtinebant suburbicariæ diocæ regiones, scilicet Tuscia, Cam-

pania & Piceni intra centesimum ab urbe lapidem. Denique Præfecturæ Africa, quam Justinianus post debellatos Vandalos instauravit, caput simul Ecclesiasticum & civile Carthago fuit, p. 31. n. 1. & seq. His adde Episcopum Africanæ diocesis in Oriente caput, & Macedoniæ dioceses Metropolit. Thessaloniconum.

Præscriptio.

Præscriptio nulla procedit sine bona fide, p. 306. c. 41.

Præscriptio tricennaria, quadragenaria, centenaria in rebus Ecclesiæ diversa pro locorum & temporum diversitate, p. 154. can. 17.

Præscriptio nulla obest, quo minus novæ basilicæ ad eum Episcopum pertineant, in cujus diocesi sunt, p. 201. n. 13.

Præcarie.

Præcariarum frequens olim in Ecclesia usus, quo sebat, ut prædia Ecclesiastica in privatorum manus incidere progressa temporum, etsi enim præscribi non possint, probationum tamen defectu dimittebantur sub possessores. Ex præcariis aliqui fructus annuatim Ecclesie contribui solebant, pag. 164. num. 22.

Præcarie quandonam expirent: neve ultra quinquennium prolongentur, p. 414. n. 90.

Præbyterium.

Præbyterium erat olim cœtus Sacerdotum & Diaconorum: cuius convocatione utebatur Episcopus ad Concilium regiminis Ecclesiastici, p. 36. n. 1.

Præbyterium vacante sede sollicitudinem Ecclesiarum capebat. Hinc est, quod ablato Fabiano Papa per martyrium Cyprianus consilium exquisivit Romanæ Ecclesie Præbyterii, cui suffragabantur & præsidebant finitimi Episcopi, quasi Romanæ Ecclesie suffraganei ut Cornelius Papa Romanus commemorat epist. ad Cyprianum Carthaginensem 42. Et Hieronymus vocat Cleri Romani Senatam epist. ad Rusticum. Et referebat concilium septuaginta seniorum, ut refert Hieronymus comment. in epist. ad Titum, ibid. n. 2. p. 37. n. 3. & 4. Nunc vero in singulis diocesis Canonici Cathedrales constituunt Senatam Ecclesie, sic enim vocat Concil. Trid. sess. 34. c. 12. de ref.

Primitia Ecclesiastica.

Primitiæ Ecclesiasticæ a Romanis Pontificibus constitutæ suas vires quibusdam Episcopis conferentibus supra quosdam provincias ac Metropoles: Cujusmodi potestatem contulit Leo Papa Magnus Episcopo Thessalonicensi. Zosimus, Virgilius, & sanctus Gregorius Episcopo Arelateni. Hormida Remigio Rhemensis per Galliam, & Salustio Hispanensi per Hispaniam, Zacharias Pontif. Bonifac. Moguntinum Primate creati per universam Germaniam, p. 33. n. 19.

Princeps.

Principibus sæculi prohibetur investitura dare dignitatum Ecclesiasticarum, pag. 274. n. 10. & 281. n. 5. Exemplis id astruitur.

Priscilliani.

Priscilliani Hispani Episcopi hæresis Conciliis damnatur, ipseque hæresiarca Ithacio Episcopo ipsum reum postulante iudicio Maximi usurpatoris Imperii capite damnatus est, p. 62. num. 38.

Prisci historici.

Prisci historici Græci relatio de duobus Clodionis liberis de patris regni successione inter se contententibus, quorum qui major natus erat, totum sibi vindicabat, ac junior medietatem sibi procebat regni, atque ab Actio adoptatus suascum illo vires junxerat: sub Attila vero Senior frater eum sibi adherentibus Francis militabat, 131. 132.

Probus Imperator.

Probus Tacito mortuo Augustus creatur, re non minus, quam nomine probus, eo imperante pacem habuit Ecclesia, sed Manichæorum hæresis illam oppugnavit, p. 44. n. 25.

Processio.

Processio Spiritus sancti a Patre Filioque designata in Concilio secundo Lugdunensi, can. 1. p. 319. & differt. p. 327. & in Concilio Forojulienensi, p. 223. n. 1. Et in Florentina, p. 369. & in dissert. ad addition. ad Symbolum, 371.

Proprius Sacerdos.

Proprius Sacerdos quisnam, p. 372.

Pre-

R

Rabanus Maurus.

Rabanus Maurus ex Fuldensi monacho Moguntinus Archiepiscopus Godescalcum monachum damnavit in Moguntino Concilio. p. 231. n. 31.

Rachisus.

Rachisus Longobardorum Rex, translato in fratrem Astulfum regno, monachus in Monasterio Monticassini efficitur, pag. 214. n. 11.

Radagaisus.

Radagaisus Gothorum Rex cum ducentis armatorum millibus intra Fesulanos montes conclusus, a Stilicone prostratus est, ibique perit nulla Romanorum cæde, vel jactura, p. 125.

Ramirus.

Ramirus Alfonsi cognomento Casti, Leonis & Gallicæ Regis filius & successor, conferta acie septuaginta Maurorum millia delevit. p. 230. n. 27.

Ratio.

Rationes saltem bis in anno a rectoribus & administratoribus Ecclesiarum Hospitaliumque & piorum locorum reddendas esse constituitur, can. 34. Concilii Budensis anni 1279. Et fieri ab eisdem inventarium autenticum omnium bonorum mobilium & immobilium, & fuppellestis, & chararum ac instrumentorum seu titulorum statuitur Concilio Avenionensi anni 1326. can. 58. & Toletani noni can. 5. anni 1565. Rationes quoque & inventaria fieri debere tabularum & archivarum Episcopi & Ecclesie, quorum duæ debent esse distinctæ: una cum suis clavibus diversis personis traditis, ut statuit Concilium Avenense anni 1585. & Tolosanum anni 1590.

Ravenna.

Ravenna Regia Sedes Odoacri primum, deinde Regum Ostrogothorum, pag. 130. 131. n. 30. Eadem Sedes fuit Exarchatum, ibid.

Redditus.

Redditus Ecclesiastici in quatuor partes distribuendi, p. 285. can. 1. Scilicet Episcopi, Clericorum, Ecclesie, egenorum.

Regense Concilium.

Regense seu Reicense Concilium in secunda Narbonensi anni 439. p. 144.

Regensium denominationis tria sunt oppida: Regium Bructiorum ex opposito Melanæ Siculæ. Regium Lepidi in Cisalpinia Gallia. Regium Apollinarium in secunda Narbonensi, ibid. Hujus Concilii causam dedit Armentarius, qui contra formam Nicenæ Synodi perverse ordinatus deponitur, & alius Ebrodunensi Ecclesie providetur Episcopus. Providetur etiam de Clericis ab Armentario initiatis, ut subsint ejus Episcopi arbitrio, qui Armentario sufficerent, ibid. Statuitur, ut Armentarius extra provincias Alpium maritarum succedat, & alibi admittat ad arbitrium ejus a quo suscipietur, Episcopi, cui visum fuerit, possit officio fungi Chorepiscopi, aut etiam illius permisso Clericos ordinare, & Virgines consecrare. p. 145. n. 3. His innuitur Armentarium a duobus Episcopis illicitè ordinatum, infcio Metropolitanano, reipsa suscipite characterem ac Ordinem Episcopalem, nullo tamen subditos nisi ex alieno arbitrio, ibid. n. 4. & 6. Huic præsedite Concilio jure Primatus Hilarius Arelatenis.

Regularis disciplina. Regulares.

Ut regulares ad regulæ suæ præscriptam vitam suam & mores intendant. Nec habeant quidquam sibi proprium. Vota fideliter servent. In commune vivant. Prospiciantque per capitulares congregationes & frequentes visitationes, ne inlatura relaxentur, p. 301. 302. & seq.

Ne persona regularis cujusvisque sexus bona sive mobilia sive mobilia possideat. Neque Superioribus liceat quidquam stabile alicui inferiori etiam ad usufructum, ad usum vel administrationem concedere, sed ad solos officiales ad nutum amovibiles illorum administratio a superioribus confidatur, modo nihil superfluum attribuat ulli cuiquam, aut necessarium ullum denegerit, p. 412. cap. 2.

Regularibus omnibus Monasteriis facultas possidendi bona mobilia indulgetur, solis exceptis Capucinarum domibus & Minorum de observantia, ibid. c. 5.

Regulares de Monasterio ne sine licentia exeant, etiam prætextu adeundi majores Superiores, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint. Qui autem ad studia Universitatum mittuntur, in conventibus tantum habitent, ibid. cap. 4.

Regularium clausuræ, ut exacte serventur, curent Episcopi, ibid. cap. 5.

H h 5

Regu-

Proventus.

Proventuum Ecclesiasticorum partitio quadruplex. pag. 235. num. 2.

Providentia Divina.

Providentia divina causas creatas, & naturales inflectit & dirigit ad finem etiam supernaturalem, p. 10. n. 8.

Providentiæ ordo interdum recursum ad sortem requirit, p. 11. num. 11.

Pulcheria.

Pulcheria Theodosii junioris soror Marciani uxor res Ecclesie promovet, p. 129. n. 21.

Purgatio canonica.

Purgatio duplex, canonica & vulgaris, qualis est per ferrum candens, p. 253. n. 9.

Purgatio in lege Mosaica per aquam zelotypiæ, ibid. n. 10.

Purgatorium.

De Purgatorii penis, quales sint, disputatum in Florentina Synodo, p. 367. 368.

De Purgatorio decretum Tridentinum, p. 412. n. 78.

Pyrrus.

Pyrrus Constantinopolis Episcopus suam Monothelismi hæresim Romæ penes Theodorum Papam ejurat, sed in eandem lapsus a Theodoro Pontifice in Concilio Romano communione dejicitur, p. 207. n. 3.

Q

Quadragesima.

Quadragesimæ jejuniæ ab Apostolica traditione ortum, a S. Ignatio martyre commendatum. Quadragesimas tres in anno Montanitate seu Caraphryges observantur, p. 37. n. 1. Quarta olim & quam exacta fuerit Quadragesimæ abstinentia, ibid. num. 3. Tres in anno Quadragesimæ etiam a Catholicis per annum ex præcepto aliquando servate, ut ex Caroli Magni lib. 6. cap. 187. colligitur. A vino, carnibus, piscibus, oleo, lacticiis, & ovis exacte abstinetur: nec nisi post solis occasum refici licebat. ibid. n. 3. & 4. Tantis disciplinæ rigor integris duodecim sæculis invaluit. Postea mitigatio accessit, ut liceret post nonam horam refici deinde usu recepta est ferocina refectiuncula non Ecclesiastico decreto vel dispensatione, sed sola consuetudinis vi, p. 38. n. 4. 5. & 6. Apud Orientales diebus Sabbati & Dominicis, & die Annuntiationis Desiparæ, nec ipsa Quadragesimæ jejunare licebat. Solique his diebus permittebatur Altaris sacrificium, non autem feris Quadragesimæ, nisi præsanctificatorum oblatio. Sed neque feris ulla martyrum festa celebrabantur, p. 108. n. 21. 22. & 23. Item p. 211. n. 6. & 7.

Quadratus.

Quadrati pro Christianis Apologia, p. 14. n. 6.

Quæstor.

Quæstores elemosynarum repellendi, nisi literas Apostolicas vel Episcopi diocesani exhibeant, p. 308. can. 62.

Quæstorum officium innumeris fraudibus obnoxium, fatius duxit Concilium Tridentinum, ut aboleretur p. 361. n. 4.

Quarta pars funeraria, Episcopalis, &c.

Quarta pars funeraria Parochia debetur, quoties extra illam corpus sepelitur ex concessa libertate universis eligendi sibi locum sepulture, p. 287. n. 5. His adde Clement. de sepulturis c. dudum, §. hujusmodi. Et extrav. commu. de sepult. c. statutus, §. hujusmodi. Et lib. 6. de sepult. c. cum quis, §. si quis. Et in decretalibus 10. tit. de sepult. Et Concilium Nugarolense anni 1303. can. 9. Et Vaurense anni 1368. can. 64.

Quarta Episcopalis est quarta pars beneficiorum diocesis, quorum fructuum quarta pars debetur Episcopis, p. 285. can. 1.

Quarodecimani.

Quarodecimani Pascha eodem die cum Judæis celebrantes a Victore Pontifice communionem fidelium exclusi, p. 12. n. 3.

Quinta Synodus.

Quinta Synodi universalis seu Constantinopolit. II. historia, p. 187.

Quassianus, Historia Ecclesiastica.